166

tam sciens dictum ab apostolo ne inflatus
superbiam incidat in iudicium diaboli.
Et in alio loco scriptum. superbis deus re
sistit humilibus autem dat gratiam. Nihil
ita aperte uitare conatur sicut quam
tumentem animum et erectam ceruicem dei
contra se odium prouocantem. Noui et
magistrum et dominum et deum meum incar
natis humanitate dixisse. Discite a me
quia mitis sum et humilis corde.
Et ante por dauid cecinisse memento
domine dauid et omnes mansuetudines eius.
Et in alio loco legimus. ante gloriam
humiliatur cor uiri. et ante ruinam eleuatur.
Itaque obsecro te ne me putes sumptis
litteris tuis ante tacuisse. et aliorum
uel infidelitatem uel neglegentiam in
me referas. Quid enim proderat
ut prouocatus officio tacerem et amici
tias tuas meo silentio repellerem.
Qui ultro soleo bonorum adpetere neces
situdinem. et me eorum ingerere caritati.
Quia meliores sunt duo quam unus. et
si alter ceciderit ab altero fulcietur.
Funiculus triplex non (facile) rumpitur. et frater
fratrem adiuuans exaltabitur.
Scribe igitur audacter. et absentiam corporum
crebro uince sermone. Nec doleas si hoc
non habeas quod formicae et muscae et ser
pentes habent id est carnis oculos. sed
illum te oculum habere laetare. de
quo dicitur in cantico canticorum.
Uulnerasti soror mea sponsa uno de
oculis tuis. de quo deus uidetur. de quo ad
moysen dicitur. Transiens uidebo uisionem
hanc magnam. De quibus (ni) quosdam etiam mun
di philosophos legimus ut totam cogitatio
nem ad mentis cogerent puritatem sibi
oculos eruisse. Et a propheta dicitur.
Intrauit mors per fenestras uestras. Et apostoli
audiunt. qui uiderit mulierem ad concu
piscendum iam moechatus est eam in corde suo.
Unde praecipitur eis ut leuent oculos et uide
ant regiones candidas quae praeparatae
ad metendum. Quod autem precaris ut ne
mo nostris nabuchodonosor et rapsaces
et nabuzardan et olofernes inte (cederent).
non quam nostram auxilia postularet si in te
uiuerent. sed quia illi mortui. et cum
zorobabel et hiesu filio iosedech sacer
dote magno cum ezdra quoque et neemia
ruinas hierusalem aedificare coepisti non
mittens mercedes in pertusum sacculum.
sed thesauros tibi in caelestibus parans.
Ideirco nostras adpetis amicitias. quos Christi
famulos arbitraris. Sanctam filiam meam
theodoram sororem beatae memoriae
lucinii praecommendatam meo sermone com
mendo. ut incepto tenere perseueret. ut ad
terram sanctam multo per heremum labore perue
niat. Ut non putet perfectam esse uirtutem
exisse de aegypto. sed per innumerabiles
insidias ad montem nabo ut et ad iorda
nem fluuium peruenire ut accipiat secun
dam in galgala circumcisionem. Ut illi
hiericho conruat sacerdotalium